



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**  
**Salisburgi, 1693**

Privilegium III. Monasteria sunt exempta à lege Diœcesana Episcopi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

*Ad n. 3. circa fin. ditant. exteras nationes &c.*  
 Non improbo peregrinationes, quæ vitum perfectum reddunt, sapiens enim in terram alienigenarum gentium pertransiet, Eccl. 3.6. sed eas, quæ sunt maximis apparibus & sumptibus, quibus de imprudenti œconomia vel apud exteros ludimur, & permittuntur Juvenulis, qui antequam maturæ & se regenis ætatis sint, studii quæ (quibus in provincijs ob varias distractiones parum invigilant) cum fructu absolvant, nihil quod statutum Politicum & utilitatem Patriæ, sed meras vanitates observant, reverſi nec toga accoſmodi, quia illiterati, nec ſago, quia eſſeminati.

*Ad num. 8. Exaſtio iſta fortalliſ provenit ex pactis antiquis, quando principes occupantes terras bello dederunt ſubditis terras in ſolidum vel allodium ſub pactis, ut ad ſui ſuſtentationem quotannis aliquid contribuerent, & in bello ſibi ſuccurrerent, ipſi verò principes Patriam defenderent. Unde non ſtatim ſequitur Princeps petat exaſtionem ab antiquo ſolvi ſolitam, ergo exerceat jurisdictionem in Clericos; quia exaſtio non eſt ſemper actus jurisdictionis, aliàs nec creditor à debitore petere poſſet.*

Pluribus hoc Priv. II. exaggetandum quidam parantur, ajunt enim, quod Laicis multa millia, imò milliones poſſidentibus, & pluribus ampliffima ſtupendia in Principum aulis ob inutile ſervitium aut artiſcium habentibus prætermiſſo onus maximum Ecceſtaſticis imponatur, contra e. ad verſus. de Imm. Ecc. c. non minus. cod. tit. ubi Pontifex dicit, quod ſub quibusdam poteſtatibus ſæcularibus deterior videatur conditio Sacerdotij Chriſtiani, quàm olim Judaici ſub Pharaone, qui reliquis Judæis in ſervitutem actis, Sacerdotes eorumque poſſeſſiones in libertate permisit. Sed malo hanc provinciam alij, quibus melior dicendi facultas, ſubeant.

PRIVILEGIUM III.  
**Monasteria ſunt exempta à lege Diœceſana Episcopii.**

1. Que dicatur Lex Jurisdictionis.
2. Qua Lex Diœceſana.
3. Monasteria quoad exemptionem à Legge Diœceſana habent fundatam intentionem in jure. Sunt tamen aliqui caſus excepti.

4. Contra. exaſtionem paritit Canonicis præſcriptio 40. annorum.  
 5. Quid de charitativo ſubſidio.

Poteſtatem Episcopii, præterquam quæ principaliter dividatur in Poteſtatem ſubſidiæ & poteſtatem Jurisdictionis, etiam dividitur in legem Diœceſanam & legem Jurisdictionis, vulgo notatur ex e. dilecti. de Off. ord. sed in exponenda iſta diſtinctione multum ſunt in DD. ut videre eſt apud Pan. in d. cap. dilecti. num. 4. Communiter tamen receptæ interpretatio Gloſſæ in d. cap. dilecti. & Sylv. in v. Episcopii num. 8. Ut conſequetur quæ in dando conſtitunt, id eſt. quæ Episcopii dare debet, ſive jam ſit de poteſtate Jurisdictionis, ut dare confirmationem, Ordines, conſecrationem, &c. ſive de poteſtate ſubſidiæ, ut conferre beneficia, dare curam animarum, licentias judiciales, referenda eſſe ad legem Jurisdictionis, latius nimirum accepto vocabulo Jurisdictionis, ut etiam ea, quæ Ordinis ſunt, comprehendat quatenus ſcilicet Episcopii poteſtatem Ordinis exerceat non poteſt iſti in quo Jurisdictionem habet.

Illa verò quæ conſtitunt in reſpectu ad quorum recipiendum Episcopii ſus ſubſidiæ, cuiusmodi ſunt exaſtio Cæbeſtratio, quæ Mortuatio, quarta Decimarum, Chamaſubſidij &c. ad legem Diœceſanam pertinet.

Igitur ab hac Legge Diœceſana omnia Monasteria regulariter exempta ſunt, non verò à Lex Jurisdictionis, niſi etiam quoad ſitum ſus privilegium habent ex. i. 16. q. 1. c. non utilitate. e. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. Dicitur tamen, regulariter, nimirum in omnibus casibus in quibus expreſſe contrarium non reperitur. \* Habent ergo hac in parte Monasteria fundatam intentionem in jure, ut ſi ab alijs qua exigantur, quæ ad Legem Diœceſanam pertinent, non ipſa ſuam exemptionem, quæ ex jure communi patet, ſed Episcopii jurisdictionem & exemptionem à regula præbeant. Reperitur autem talis exceptio in quibus casibus, ſcilicet ſi Episcopii viter Monasterium, ut ipſi detur procuratio, id eſt, auctoritate pro tempore viſitationis, e. ſopha. de v. rabilis. De Cenſ. Item ſi quid Monasterij legitur, de hoc legato pio CAMBRIC partitio

ENGEL  
 III



quarta pars Episcopo debetur, *c. requisivisti. v. secus autem. De testam.* quod tamen hodie passim in defectu dicitur abijci, dum Monasteria contra hanc Episcoporum exactioem prescripserunt, quod autem talis prescriptio valeat & cursu quadraginta annorum complectatur, textus est expressus in *c. de quarta. X. de prescrip.*

De Charitativo subsidio, quod Episcopi pro publica necessitate vel utilitate suae dioecesis vel Ecclesiae Cathedralis à subsidiis suis Ecclesiasticis exigere possunt iuxta *r. cum Apostolus d. de Cons.* dubitatur, an etiam à Monasteriis recte petatur? rationem dubitandi facit textus in *Clem. 1. de excess. praelat.* ubi dicitur, quod Episcopi in exigendo charitativo subsidia ab exemptis eorumque subsidiis excedant nimum contra eos. Unde à comitatio videtur inferri posse, quod moderate subsidium à Monasteriis & quibuscunque exemptis exigere valeat. Negativa tamen sententia verior est, quia Charitativum subsidium accensetur Legi Dioecesanae teste Innoc. in *l. 1. de statu Monach.* n. 2. Gloss. & Joan. And. in *d. c. cum dilectus de Offic. Ord.* & non reperitur aliqua expressa exceptio, quin ab eo Monasteria exempta sint. Nec concluditur argumentum à contrario, quando ex eo relinquitur iurium correctio. Everhard. in loco à contrario. Textus ergo *d. clem. 1.* sumit suam interpretationem ex *Clem. 1. de Cons.* & intelligitur de Monasteriis & exemptis habentibus Parochias, quae exemptae non sunt, & ex quibus, antequam ad Monasteria pervenirent, iura Episcopalia peti soluta sunt, quae propterea cum suo onere ad Monasteria transiverunt, nisi vel privilegio vel prescriptioe aliud obtentum sit, *c. ex ore. de Privileg.*

## ADNOTATIO.

**A**D n. 1. Sententiam nostram de Charitativo subsidio cum pluribus cit. docet Barb. *de off. Ep. p. 2. alleg. 87. n. 45.* Dicit, si Princeps laeularis potest onerare Monasterium ob necessitatem publicam, ergo etiam Episcopus? Item si utilitas sit totius Dioecesis, redundabit etiam in Monasterium, & consequenter, qui sentit commodum & c. r. 1. Sicut Princeps potest onerare Monasteria in defectu Laicorum, & ex licentia Pontificis, ita idem non est negandum Episcopo, si aliorum subditorum Eccle-

siaficorum non sufficiant facultates, & licentia Pontificis accedat, sine qua privilegium juris communis Monasteriis auferri non potest. n. 2. Illam Regulam, qui sentit commodum Eccl. habere letum, nisi sit specialis exceptio, alias etiam Dioecelani Laici teneantur ad charitativum subsidium; quod tamen est contra communem sententiam DD. nisi Dioecelani sint simul subditi temporales, ut in hac Dioecesi Salisburgensi. Consuetudinem autem vel prescriptionem posse aliquid valere hac in re negare non audeo.

PRIVILEGIUM. IV.  
Monasterium tollit irregulartatem ortam ex defectu natalium.

1. Procedit privilegium etiam quoad ordines ab illegitimo sine dispensatione susceptos.
2. An ad consequendum hoc privilegium necesse sit facere professionem, relinquatur sub dubio.
3. Episcopus potest in iure dubio dispensare nunc declarare.
4. Bulla Sixti V. de illegitimis sublata per Gregorium XIV.

**Q**UOD nati extra legitimum matrimonium ad Ordines promoveri non possint, certi & indubitati juris est, *r. 2. de filiis Presb. non ordin.* sed non minus certum est ex *c. 1. iam d. 2.* quod illegitimus Monasterium ingressus hoc ipso ad omnes sacros Ordines suscipiendos habilitatus sit, ita tamen, ut Praelaturam non accipiat: quo nomine etiam beneficia curata intelligit Pan. in *cod. c. 1. Tamb. de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. q. 14. n. 3.* Vid. Nav. *Consil. d. de filiis Presb.* Hoc privilegium DD. duobus modis notabiliter extendunt. I. quod non tantum procedat quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad usum Ordinum susceptorum, si fortassis illegitimus non habitus dispensatione super natalibus ante ingressum Ordines suscepisset. Nec obstat, quod dispensatio contra Jura sit strictae interpretationis: quia intelligitur de dispensatione concessa particulari personae & per rescriptum, non autem de dispensatione concessa per legem communem & favore Religionis